



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series VI. Medicina & Medici insigniores

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)



SERIES SEXTA.

Medicina & Medici Celebriores
à Christo nato ad 1698.

☉ *Sacul. I. à 1. ad 100.* ☉

Euphorbus Antonij frater, & Jubæ Man-
ritiani Regis Medicus, Cassius & Scri-
bonius Largus sub Tiberio.

Cornelius Celsus Latini Hippocratis no-
mine donatus.

Menecrates Sectæ rationalis affecta.

Valens & Xenophon sub Claudio.

Pedacius Dioscorides Neronis tempore.

Theffalus sub Nerone, Themisonis sec-
tam suam fecit.

Andromachus Theriacæ inventor, Ne-
ronis Medicus, Crinas & Charmus Mas-
silienses.

Evax Rex Arabum, Seleucus Cyzice-
nus, Stratocles Sidonius.

☉ *Sacul. II. à 100. ad 200.* ☉

Rufus Ephesius, Soranus Ephesius.

Cœlius Aurelianus Siccensis.

Hermogenes Hadriani Medicus. *Voca-
tur à Mercuriali Archigenos, sed alius ille fu-
isse videtur.*

Sex-

Sextus Empyricæ sectæ propagator, cui perperam tribuitur liber de Medicina animatum.

Claudius Galenus Pergamenus inter duodecim sublitissima ingenia à Cardano numeratus, & 200. voluminum auctor, dogmaticæ sectæ propagator.

Julianus Antoninus sub Alexandrinis.

☉ *Sæcul. III. à 200. ad 300.* ☉

Q. Serenus Sammonicus, cujus de medicina & morborum remedijs carmen superest, vixit sub Severo & Garacalla, à quo in cæna interemptus est.

Serenus Junior Medicus Alexandro Mameæ gratissimus. Hunc Gyraldus in Poëtarum Historia cum patre confundit.

Naumachus, Philargius, Lycius Naumachij auditor, floruit Probo imperante.

Sextus Africanus Chronologus & Medicus, Theodorus Priscianus.

☉ *Sæcul. IV. à 300. ad 400.* ☉

Zeno Cyprius & Philostorgius alius ab Historico.

Orisabius Juliani Cæsaris Medicus, qui successorum principum invidiâ iustus exulare apud barbaros, ab ijs ob egregia medicinæ experimenta pro Deo quodammodo cultus est, teste Eunapio Sardiano,

Aëti-

& Medici celebriores. 417

Aëtius Amydenus sub Juliano & Valentiniano.

Alypius Antiochenus, Vegetius auctor Mulomedicinæ. Julius Aufonius poëtæ pater, Theophilus Alexandrinus, Vindicianus, Theodorus Priscianus, dictus alibi Octavianus Horatianus, Marce: Burdegal.

Secul. V. à 400. ad 500.

Mangantius Genethliacus Anglus Vortigerni Regis Medicus in Britannia, anno 470. scripsisse de naturali magia testatur Pitæus.

Gesius Petrus sub Zenone arte medicâ celebris.

Almæon medicus & Mathematicus.

Rusticus Elpidius Theodorici Italiæ Regis Medicus, qui & carminis gloriâ floruit.

Secul. VI. à 500. ad 600.

Dioscorus Alexandri Tralliani pater.

Alexander Trallianus qui Justiniano Imperante Therapeutica singularum corporis partium scripsit.

Austregilda Contrani Regis Aurelianensis uxor, moritura petijt à marito, ut medicorum, à quibus sanari non potuerat, fauces juberet elidi, quod plusquam barbarè factum narrat Gregorius Turonensis.

Theo-

Theodorus Mauritii Imperatoris Medicus S. Gregorio magno addictissimus.

☉☉ *Sac. VII. à 600. ad 700.* ☉☉

Stephanus Alexandrinus Chymicus.

Quamvis in Europâ medicina jaceret, tamen in pretio fuisse apud Arabes, suspicari licet, cum hi in sequenti sæculo eam instaurandam susceperint.

☉☉ *Sæcul. VIII. à 700. ad 800.* ☉☉

Ægidius Atheniensis Medicus & Philosophus nobilis D. Bened. tectator egregius.

Arabes in Academia Balbaricensi utilem medicinæ instaurandæ dant operam

Joannes Serapionis filius inter medicos celebratur. *Gualterius in tabulis Chronolog. transfert ad sæculum undecimum.*

☉☉ *Sæculum IX à 800. ad 900.* ☉☉

Mirum est, post Carolum Magnum qui facultates omnes vel exules revocavit, vel jacentes erexit, nullum inter medicos celebrari,

Usitatissima hoc Sæculo medendi ratio fuisse videtur per balnea, quæ in Scripturis memoratur.

☉☉ *Sæcul. X. à 900. ad 1000.* ☉☉

Euty chius Ægyptius Batrici filius ex Me.

¶ Medici celebriores 419

medico Patriarcha Alexandr. 933. Babylone
ad Tigrim, hoc est Bagdati, sive Baldaci,
ut Petrarcha vocat, sæculo inclinante me-
dicina præsertim excoli cœpit, siquidem
ad Euphratem testibus Strabone & Plinio
ante Augusti tempora jam interierat. Rasis
magnum medicinæ columen eodem fere
tempore floruit, eum enim docentem Avi-
cenna adolescens audivit.

¶ Sæc. XI. à 1000. ad 1100. ¶

Isaac Beniamin, Jonas Cordubensis me-
dici apud Hebræos nobiles.

Constantinus Afer Casini Monachus,
Mathematicus & Medicus egregius.

Aboali Abinkenni vulgò Avicenna, cui
plurimum medicina debet.

Joannes de Mediolano, cui tribuitur
scholæ Salernitanæ carmen Leoninum.

¶ Sæcul. XII. à 1100. ad 1200. ¶

Joanna fil. Mesuah, sive ut dicimus la-
tinè, Joannes Mesue: tanti cum fecere me-
dici, ut suum Evangelistam appellârint.

Rabbi Moyfes filius Marmônidis:

Averroës non minùs inter Medicos
quàm inter Philosophos nobilis.

Bartholemæus Salivarius, Alphara-
bins 1200.

S. Hill-

S. Hildegartis Virgo librum de Medicina reliquit. *Richer Monachus.*

☉ See: XIII. à 1200. ad 1300. ☉

Hugo de Arato, Demetrius Pepagomenus, Nicolaus Myrepsus, nomen ali- quod inter Medicos tulere.

Rigordus Philippi Augusti Regis Galliarum medicus.

Joannes de S. Ægidio Theologus è familia S. Francisci & arte medendi nobilissimus. Joannes XXI. P. R. cujus liber medicis notus est, *Thesaurus pauperum.*

Quæ sæculo superiore visa est assurgere, hoc iterum sæculo cecidit ars medendi.

Celebres quoque fuerunt Paulus Ægineta, Agapius Alexandr: Stephan. Atheniensis. *De quibus nihil certi habetur quo ævo floruerint.*

☉ Sacul. XIV. à 1300. ad 1400. ☉

Simon Bredonus, Marcus Beneventanus, Thomas de Galbo, Bonominus Permunensis, Joann. Gatifdenus, Thadæus Florentin, Joann. Bassolus Theologus & Medicus.

Petrus de Apono cognomento Conciliator. Hic ab ægrotante Honorio IV. Rom. Pontif. vocatus centum indies florenos exegit, post recuperatam valetudinem mille donatus est.

Ab hoc sæculo ad nostra usque tempora
medicina magnis aucta est incrementis.

☉ Sac. XV. à 1400. ad 1500. ☉

Paulus Venetus, Hugo Senensis cogno-
mento de Benciis, Mariti. Ficini. cujus aure-
us libellus de triplici vita meritò laudatur.

Hieronymus à S. Fide ex Indæo Chri-
stianus Pseudo Pontificis *de Luna* Medicus.

Jacobus Forojulianus, Ablosus Medi-
cus, & Mathematicus, Rabbi Abraham
Zacuti senior.

Clementius Clementinus Amerinus suo
ævo apud Italos celebris.

Ludovicus Scarampus ex Medico Flo-
rentinus Ep. Pontificii exercitûs ductor
egregius, & Cardinalis. *Raynaldus.*

☉ Sac. XVI. à 1500. ad 1600. ☉

Joannes Fernelius, Oliverius, Fracasto-
rius, Rondeletius, Argenterius, Fallopi-
us, Vessalius, Gesnerus, Capiaccius.

Theophrastus Paracelsus omiſſâ consue-
tâ medendi ratione, novam professus est
Chymicam, quâ cum aliis sæcula pollice-
retur, ipse ætatis anno 48 interijt. Magus-
ne fuerit, an medicus? relinquitur in medio.

Incisio corporum hoc & sequenti sæcu-
lo tractata feliciter, multâ & medicos &
Philosophos docuit.

☉☉ Sec: XVII à 1600. ad 1698. ☉☉

Daniel Senertius, Riverius Mercurialis, Harvæus, Riolani duo, Vallesius Mercatus, Bartholinus pater & filius, Janfortes, Thomas Willis, Harvæus assertâ in humano corpore sanguinis circulatione magnum Medicis lumen attulit.

Transfusio sanguinis ad vires reparandas infeliciter in Gallia & in Italia tentata est.

Dogmatica secta novis inventis ita profecit, ut immutata aliquantulum videatur.



SERIES SEPTIMA.

Mathematica & Matheseos cultores à Christo nato ad 1698.

☉☉ *Secul. I. à 1. ad 100.* ☉☉

Strabo Anasenus Geographus, Strato Sigidem Amasenus, etiam Geographus. videtur verosimilius. Stratonem & Strabonem eundem esse, & geminos factos mendo librariorum.

Trasyllus, Marinus, Tyrius, Hyginus, Mela, Proclus senior.

Andromachus Cretensis primus edit Theorias Planet: sub Vespasiano.

Tibe.